

*Cap. 10.* Dicitur lib. 37. tit. xi. digest. 3. quod quæ data opera abortierit, in temporale exilium detur. Idem etiam lib. 48. tit. 8. digest. 8. In digest. vero 39. tit. 19. lib. 48. dicitur, quod quæ acceptis pecuniis partum abegerit, capite plectatur: quæ vero post divortium, odio mariti, id fecerit, ad tempus exulare jubeatur. Et digest. 38. ejusdem tituli: Qui abortionis poculum dederit, si vilis sit, in metallum damnatur; si honestus, amissa parte bonorum, relegatur &c. *Bals. Schol.* Digest. 3. tit. xi. lib. 37. est cap. 3. tit. 22. lib. 60. Basilicor. quod dicit, ut scriptum est. Digest. 8. tit. 18. lib. 48. non positum est in Basilicis. Digest. 39. tit. 9. lib. 48. est cap. 39. tit. 51. lib. 60. Basil. ac dicit quæcumque scripta sunt. Digest. 38. ejusdem libri & tituli, est thema 6. cap. 38. tit. 51. lib. 60. Basilic. quod, quæ compendiose propofita sunt, narrat.

*Cap. 18.* Dicitur lib. 12. tit. 2. digest. 31. In dubiis (causis) solet Judex jusjurandum deferre, & sic deinde judicare. *Bals. Schol.* Titulus 2. lib. 12. digest., qui de jurejurando sive voluntario, hoc est delato, sive necessario, sive judiciali, docet, est in principio tit. 5. lib. 22. Basilic. Digestum 31. tit. 2. lib. 12. est cap. 31. ejusdem 5. tituli, lib. 22. Basilicorum.

*Ibid.* Quin & lib. 12. tit. 2. digest. 13. dicitur: qui in re pecuniaria, se non debere, aut sibi deberi, per Principem juraverit, & forte pejeraverit: vel intra certum tempus se daturum, nec fecerit, fustigatur. *Bals. Schol.* Digestum 13. tit. 2. l. 12. est thema ultimum cap. 13. tit. 5. lib. 22. quod habet perinde atque scriptum est.

*Ibid.* Dicit etiam lib. 2. tit. 14. digest. 7. Adversus commune jus pacisci, aut legare non licet: & si quis de his se non acturum juravit, non est ratum. *Bals. Schol.* Digestum 7. tit. 14. lib. 2. est thema 13. tit. 1. lib. xi. Basilic. quod sic habet, ut in textu scriptum est.

*Cap. 21.* Hæc omnia sunt in lib. 3. tit. 1. digest. 1. & tit. 2. digest. 4. & lib. 23. tit. 2. digest. 48. *Bals. Schol.* Titulus 1. lib. 3. digest. 1., est lib. Basilicorum 8. Ti-